

Disput. XXX. Quid Deus sit.

112

naturaliter inditam, aut fluentem ab aliqua substantia creatar.

XLIII. Quod verò nec possit esse substantia creata habens intellectum superioris ordinis, & rationis, qui haberet sufficietes vires connaturales ad elicendam visionem Dei, qui eminenti ratione dicetur lumen glorie connaturale tali creatura: hoc (inquam) est quod directè & a priori probat discursus Divi Thomae superius fuit declaratus. Quia talis intellectus esset connaturalis substantia à qua manaret, & potentialis sicut illa, quam respiceret ut proprium & proportionatum obiectum, ad cuius normam (vt ita dicam) conciperet quidquid conciperet; in hoc autem ordine sunt omnes intellectus de facto creati, & inde habent ut non possint naturaliter videre Deum. Repugnatur ergo inuoluitur, cum dicitur talis intellectus esse superioris ordinis, A posteriori autem, & ab incommodis declarari potest primo, quia talis substantia esset naturaliter perfecte beata. Secundo, quia necessitate naturali videtur Deum, sicut nunc intellectus informatus lumine gloriae naturali necessitate videtur. Tertio naturaliter esset omnino impeccabilis: quia visio Dei reddit impeccabilem. Quartò lumen gloriae quod nunc datur hominibus vel angelis, proxime & immediate non tam esset participatio in creati luminis Dei, quam creati luminis talis intellectus. Quinto, vel visio quam talis intellectus elicet, est alterius, & nobilioris speciei, quam nunc stivis beatifica, quod repugnat; vel hunc visio beatifica in tota sua latitudine esset extra connaturale subiectum, cum tamen posset illud habere: quia etiam esset magna imperfæctio. Igitur illorum Theologorum opinio (si tunc) qui considerant lumen glorie esse posse connaturale creatura, non solum non enerat vim rationis facta, verum potius efficacia illius rationis in eo conspicitur, quod talis opinio a priori per eam improbaratur, cum tamen a posteriori & ab incommodis satis etiam constet illam esse fallam.

Discrimen inter lumen gloriae, et lumen connaturale creature.

XLIII. **A** que hinc etiam facile responderi potest ad instancias, vel obiectiones quæ ex hoc lumine fieri solent contra discursum superius factum, quod nimis si ille efficax sit, & que probet esse impossibile videre Deum per hoc lumen creatum, quanquam diuinitus infusum. Primo, quia intellectus affectus hoc lumine dicitur connaturaliter videre Deum: & tamen & ipsum lumen, & intellectus ut affectus illo, est ens potentiale, habetque modum effendi multò inferiorem, quam si modus effendi diuinitati: ergo vel ex hoc modo effendi nihil concludi potest de exteris intellectibus, & luminibus creatis, vel æquè probat de lumine gloriae creato, nam quod illud super naturale dicatur, & alia naturalia, nil refert, si quantum creatum est, eandem improportionem, idemque impedimentum haberet.

XLV. Discendum autem est rationem esse longè diuersam, quia lumen naturale cuiuscunque intellectus creati, sicut in trinsecus manat ab essentia creati, ita

A commensuratur illi in virtute & modo agendi, eamq; respicit ut primum & accommodatum obiectum: estque quasi coniunctum instrumentum eius ad omnes intellections elicendas, quarum ipsam effientia, que est radix illius luminis, est propria & principalis causa per suum proprium infuxum. Lumen autem gloriae quod Theologi dicunt infundi beatis, sicut nulli creaturæ esse potest connatural, ita peculiari quodam modo & ratione ab effientia diuina fluit tanquam singularis participatio increati luminis eius: ideoq; & ipsam primariò respicit ut proprium & accommodatum obiectum suum, & modum operandi eius participat, & est proprium instrumentum eius ad visionem eiusdem efficiendam, cuius propterea visionis nulla crea ta effientia est principalis, & quasi radicalis causa, sed ipsam effientia diuina. Quia sicut intellectus est instrumentum animæ, ita lumen est instrumentum Dei. Hoc autem modo dicitur instrumentum, non quia ex modo quo agit, non agat virtute propria & proportionata, nam revertere agit, & sub ea ratione dici potest causa proxima, principalis in suo genere: sed quia est virtus subordinata alteri, cui sub alia ratione principalis tribuitur operatio: sicut calor dicitur instrumentum ignis etiam ad calificandum, & intellectus instrumentum animæ ad intelligentiam: ad hunc ergo modum lumen gloriae nullius creature instrumentum est, sed Dei: hac igitur ratione dicitur Deus esse illius visionis causa principalis.

B Deinde, quia illud lumen non est tota virtus aetiuia illius visionis in ratione facultatis proxima, sed necesse est ut intellectus etiam creatus, in quo est tal lumen, suam proximam actitudinem adhibeat, partiale (vt alii) partialitatem causæ, non effectus; illa enim omnino necessaria est ut actus fit vitalis. Eam vero actitudinem non adhibet intellectus ut naturalis, etiam si per entitatem suam illam adhibeat, sed ut est virtus obedientia, illa, quia tota actio, totusque effectus supernaturalis est: agit ergo ut virtus subordinata Deo, & aque ad eo ut instrumentum eius; unde hoc etiam titulus dicitur Deus causa principalis. Tandem, quia in actione intelligendi (sicut in omni actione animæ) prater actitudinem facultatis proxima intercedit actualis influxus ipsiusmet animæ, velesse in qua radicat talis facultas, & ideo illa censor principale principium talis actionis, non denominatio ne tantum, sed causalitate ut supra disput. 18. tractatum est. Ad hunc ergo concursum praefundum circa visionem beatam insufficiens est omnis creatura effientia: & ideo in hoc etiam operatur ut instrumentum Dei, qui propterea cum his principijs longè auctiori auxilio occurrat, quam si in omnibus ipsi principiis esset connaturalis, & proportionata virtus ad talem actionem: & ideo hanc etiam ob causam est Deus principalis causa illius operis.

C Nec verò inde sequitur (vt quidam obiciunt) Deum denominari videnter illa visione, eò quod actio principiū denominare solat causam principalem: hoc (inquam) non sequitur, nam videre non est denominatio præcisæ agentis ut sic, sed talis rufa viagentis qui in se recipiat, & informetur visione: sive vi proper quod Aristoteles dixit intelligere esse desiderio quoddam pati, sicut sentire. Deus autem ita efficit ministerium visionem, ut etiam non recipiat, neque illa informetur; homo autem vel angelos recte dicitur videres

XLVI. Intellec^t creatus in strumentarii solum beatam vi sionem & tingit.

XLVII. Intellec^t creatu^r non principale: hoc (inquam) non sequitur, nam videre non est denominatio præcisæ agentis ut sic, sed talis rufa viagentis qui in se recipiat, & informetur visione: sive vi proper quod Aristoteles dixit intelligere esse desiderio quoddam pati, sicut sentire.